

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Conradus Leontorius Ioanni Reuchlin Phorcensi S. D. P.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

IO. REUCHLIN LIBER PRIMVS

Conradus Leontorius Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

Salue præstantissime præceptor tanq̄ frater colendissime, quã sim memor & amans præstantiæ tuæ, uel ex hoc conicere potes, quã memoria tui in qua libetissime respiro adeo mihi semper præsens & ut dici solet ad manum est, ut quaqua uersum me uertero te tñ haud quanq̄ derelinquere aut obliuisci tui possim, tanta est in te humanitas naturæ munere & opa tua insita, tanta erga oēs beneuolentia, tantum optimarum artium, tñ eloquentiæ & mularum nõ modo latinarum, sed & graiarũ familiaritas, ut ipsi barbari te diligere, te uenerari obseruareq; alliciant. Ego uero si non te ut dominum, ut fratrem, ut parentem summa charitate & ueneror & obseruo, sum pfecto & ingratus & indignus erga me ingentis beneuolentiæ tuæ. Sed existimo me apud tuam humanitatẽ nulla quidẽ alia re q̄ diligendo, uenerando, & obseruando, minime ingratum inueniri. Tu interim ut pro tua constantia facis, illum erga me aĩm tuũ candidissimum cõseruabis, ut quom illa iterum dies fœlicissimo sydere aduenerit, possim te sine rubore & alloqui, & ut parentem amplecti. Caterum pstantissime. D. ex Mediolano ad te literas expeditas datur⁹ eram, sed qui pferret inueni neminem, eas mecũ simul & doctori Adolpho designatas Romam apportauit, quas ad te cũ præsentibus mitto. Adiunxi & alias ad amicos meos literas, quas etiam colligatas tibi ideo dari iussi, ut pro tua in me charitate eas omnes diligenter reddas quo oporteat. Viue & uale cum præstanti coniuage tua. Romæ Nonis Martiis. M. CCCC. lxxxix.

Nicolaus Basellius monachus Hirsaugiensis. Ioanni Reuchlin Phorcensi. LL. doctori. S. D. P.

EX Spanhemesi academia me denuo i patriã rediisse humanissime uir etiã si te fugisset, uel ex datis ad te lris ad. vi. Id. Iulias intelligere potuisti. Qd̄ uero in hũc usq; diẽ respondere distuleris, non potui nõ sinistrũ aliquid uel de ipsis literis uel amore in me tuo suspicari. Quare & has quoq; prioribus adicere nõ iniuria curauit, quo plane tibi ego non tu mihi taciturnitatis culpam impingeres. Sed hæc missa. Nunc quod meæ est fortis, ego hic inter Atticos Rhomuleosq; triumphos & dego secure & ualeo perbelle. Deus hæc fortunam secundis uelis plurimos in dies dirigat. Tu uero quam in te rationem habeas; & si mihi ex Iacobo nostro Mulbron